

in illud particulare operabile prompte et immobiliter inclinetur. Si ergo propter hoc iustitia non posset esse in appetitu sensitivo quia ⁹⁷ haberet obiectum principale commune communitate praedicationis, nulla virtus alia etiam posset esse in appetitu sensitivo.

Sed quia in argumento videtur inquiri in quo debet poni iustitia ut in subiecto, scilicet utrum sit in voluntate vel in appetitu sensitivo, licet autem de hoc alibi aliquid sit tactum, ad eius evidentiam tamen est intelligendum quod sicut alias pluries dictum est, iterum ⁹⁸ dico quod respectu eorum quae nobis suntabilia et convenientia ex naturalibus per se ⁹⁹ primo et principaliter non requiritur aliquis habitus disponens ¹⁰⁰ et habitans ¹⁰¹ voluntatem ad hoc quod prompte et recte ¹⁰² inclinetur in illud ¹⁰³ quod apprehenditur a recta ratione; quia hoc convenit ¹⁰⁴ ei ex condicione naturae suae ¹⁰⁵ cum sit appetitus in ratione intellectui tamen est in actu perfecte ¹⁰⁶ proportionatus ut in actu consimili conformiter ¹⁰⁷ fiat sicut in brutis ad hoc quod appetitus sensitivus prompte inclinetur in illud quod a sensu apprehenditur, non requiritur aliquis habitus ipsum habitans et disponens, quia cum sit appetitus ¹⁰⁸ in sensualitate hoc ei contingit ¹⁰⁹ ex condicione naturae suae ¹¹⁰. Sed quia in homine ¹¹¹ isti duo appetitus sunt coniuncti et inferior ¹¹² natus est oboedire superiori, non tamen prompte propter [Cod. P, fol. 353 V^b] hoc quod frequenter alliciendo trahit ¹¹³ contra illud quod apprehenditur [Cod. R, fol. 240 R^a] a ratione per aliquid apprehensum a sensu et sic est ibi repugnantia non voluntatis ad intellectum, sed carnis, id est ¹¹⁴ carnalis affectionis appetitus sensitivi ad spiritum quae non contingit ex parte appetitus ¹¹⁵ rationalis, sed ipsius appetitus sensitivi; ideo ¹¹⁶ ad hoc quod voluntas non impediatur quin prompte et faciliter sequatur rationem quae non impeditur nisi ex inordinata dispositione appetitus et etiam quod ipse appetitus inferior moveatur prompte et faciliter concorditer rationi, primo ¹¹⁷ per se et principaliter requiritur habitus disponens ¹¹⁸ et habitans appetitum et reducens ad medium excessum vel defectum circa passiones appetitus per quas causatur huiusmodi repugnantia vel resistentia. Et ideo necesse est ponere per se et primo ¹¹⁹ et principaliter habitum in appetitu et non in voluntate, tamen cum virtus sit habitus laudabilis et potentiam in qua est perficit et nobilitat, hoc quod in appetitu sensitivo sic ponitur habitus virtuosus non autem in voluntate, in nullo derogat dignitati voluntatis nec perfectioni sui ¹²⁰ actus qui non elicitur mediante habitu virtuoso. Immo super illam attestatur, quia nobilius est illud quod habet suam nobilitatem, perfectionem et dignitatem ex condicione suae naturae quam quod illud ex aliquo adventitio et coniuncto ¹²¹ naturae suae consequatur. Et ideo licet actus voluntatis conformis rectae rationi non eliciatur a voluntate informata habitu virtuoso, sed actus appetitus conformis rectae rationi elicitur ab ipso ut est habitu virtuoso dispositus, tamen non propter hoc actus appetitus est perfectior ¹²² et laudabilior quam actus voluntatis; immo est e converso. Quamvis [Cod. P, fol. 354 R^a] autem, ut dictum

*Responsum
finis*

est, dignitati voluntatis non [Cod. V, fol. 237 R^b] derogat ¹²³ quod exeat in actum suum ¹²⁴ convenienter praeter habitum virtuosum, et intellectus secundum aliquos est potentia nobilior quam voluntas, tamen ad hoc quod in actum suum convenienter exeat requiritur habitus virtuosus in ipso, quia cum non fiat in actu nisi ministerio potentialium sensitivarum materialiter variabilium, intellectus non est determinatus ad hoc quod semper convenienter in actum suum exeat ¹²⁵. Et ideo oportet quod ad hoc aliquo habitu perficiatur, qui, licet ¹²⁶ secundum aliquos philosophos, ponatur [Cod. Q, fol. 191 R^b] in viribus inferioribus sensitivis, tamen magis [Cod. K, fol. 80 V^b] communiter ponitur ¹²⁷ in intellectu. Hoc tamen verum est quod si sufficeret talis habitus in viribus sensitivis ad hoc quod intellectus posset convenienter moveri ab obiecto suo non operetur habitum ponere in intellectu. Constat autem quod voluntas movetur ab intellectu sic quod obiectum intellectus est obiectum voluntatis, quia bonum secundum quod apprehensum; et ideo planum est quod supposito quod intellectus sit sic dispositus quod convenienter possit exire in actum suum amoto etiam impedimento quod praestatur ¹²⁸ ex parte appetitus inferioris, primo per se ¹²⁹ et principaliter non requiritur aliquis habitus in voluntate ad hoc quod convenienter exeat in actum conformiter ¹³⁰ rationi. Est ergo iustitia et omnis virtus moralis ponenda in appetitu sensitivo. Et hoc expressissime patet per **Philosophum** (5) et eius expositores (6) in [Cod. R, fol. 240 R^b] pluribus locis in libro *Ethnicorum*, sicut alias fuit evidenter declaratum.

Sed quia appetitus sensitivus dividitur in duas partes, scilicet in irascibilem et concupiscibilem, dubium videtur quomodo in appetitu sensitivo potest poni iustitia; quia cum sit una virtus essentialiter secundum formam et speciem, non debet poni nisi ¹³¹ in uno [Cod. P, fol. 354 R^b] tanquam in subiecto. Videtur autem quod conveniens dispositio tam irascibilis quam concupiscibilis requiritur ad hoc quod virtus iustitiae habeatur. Et sic iustitiae duo subiecta responderent. Et prout alias dicebatur loquendo de iustitia in generali, videtur quod appetitum secundum utramque vim ¹³² aliquo modo pro subiecto respicit. Et hoc confirmabitur per **Commentatorem** (7) dicentem ¹³³ sexto *Ethnicorum* super illud (8): « opus perficitur secundum prudentiam et secundum virtutem moralem ». « Omnis autem ¹³⁴ virtus moralis alicuius est vel aliquarum particularium habitus passivi ¹³⁵ animae; puta irascibilis quidem fortitudo, concupiscibilis temperantia, iustitia autem utrumque utrique harum dignum ¹³⁶ tribuens et ad invivem et ad rationem ».

Sed magis exquirite et ¹³⁶ magis explicitè ¹³⁸ loquendo et in speciali descendendo ad hanc duplicem iustitiam, scilicet generalem et particularem, videtur dicendum quod iustitia particularis principalis est in appetitu secundum vim concupiscibilem, iustitia vero generalis est in appetitu secundum vim irascibilem, quia iustitia et iniustitia particularis principaliter versantur circa bona et mala circa quae etiam est liberalitas et avaritia. Propter quod

virtus in app.
sens. so that
the intellect
can judge who
is pediment.

etiam iniustus iniustitia particulari avarus dicitur, in ¹³⁰ quantum plus vult habere de bonis fortunae ¹⁴⁰ et minus de malis quam debeat, prout patet ex quinto *Ethicorum* ubi dicit **Philosophus** (9) « quod iniustitia particularis est circa honores et divitias et generaliter circa talia quae contingit delectatio ¹⁵¹ quae est ¹⁴² a lucro, circa eadem autem ¹⁴³ est virtus et malitia, licet alio modo. Ergo circa talia est etiam iustitia. Et sic videtur quod sit in concupiscibili.

Quamvis ergo ad hoc quod aliquis agat bene secundum iustitiam particularem requiratur quod sit bene [Cod. P, fol. 354 V^a; Cod. V, fol. 237 V^a] dispositus non solum secundum concupiscibilem sed etiam secundum irascibilem ¹⁴⁴, hoc tamen ¹⁴⁵ non arguit quod per se habeat esse in irascibili; quia consimiliter etiam ad hoc quod aliquis bene agat secundum temperantiam vel liberalitatem quam constat esse in concupiscibili, hoc requiritur. Sicut etiam ¹⁴⁷ iratus iniuste agit alium laedendo in corpore vel in rebus, ita etiam continens timore agit contra bonum continentiae; sed agendo magis dicitur ille iracundus ¹⁴⁸ quam iniustus et iste magis dicitur timidus quam intinens.

De iustitia autem legali videtur dicendum quod est in irascibili; quia irascibilis respicit aliquid sub ratione ardui et difficilis. Illud autem quod iustitia legalis principaliter respicit habet rationem ardui et difficilis, quia est bonum alienum. Propter quod dicit **Philosophus** (10) quinto ¹⁴⁹ *Ethicorum*, « quod est perfecta virtus quoniam habens eam non solum [Cod. Q, fol. 191 V^a] ad se ipsum sed etiam ¹⁵⁰ ad alterum potest virtute uti; in priis quidem enim multi possunt virtute ¹⁵¹ [Cod. R, fol. 240 V^a] uti qui non possunt in his quae sunt ad alterum. Propter quod dicit bene **Bias** ¹⁵² quod principatus ostendit virum ».

Nec est inconveniens sic ponere iustitiam generalem ¹⁵³ in alia vi quam sit illa in qua est iustitia particularis, cum etiam contingat hoc in virtutibus quae ¹⁵⁴ respiciunt quasi unam materiam, licet sub ¹⁵⁵ alia et alia ratione. Nam liberalitas quae est circa mediocres sumptus ponitur in concupiscibili sicut in subiecto; et similiter virtus quae est circa mediocres honores. Magnificentia autem et magnanimitas ponuntur in irascibili, quia sunt circa magnos honores respectu quorum quaedam specialis attenditur difficultas ¹⁵⁶.

Cum ergo adhuc aliter aliqui arguant ¹⁵⁷ quod iustitia non potest esse in appetitu sensitivo, quia ius- [Cod. P, fol. 354 V^b] titia est ad alterum; iustitiae enim est reddere unicuique quod suum est; hoc autem non potest procedere ex appetitu sensitivo, quia apprehensio sensitiva non se extendit [Cod. K, fol. 81 R^a] ad hoc quod considerare possit proportionem unius ad alterum; sed hoc est proprium rationis; ideo videtur quod iustitia non est nisi in appetitu qui movetur a ¹⁵⁸ ratione, scilicet in voluntate;

dicendum quod hoc non valet: quia, ut ex supra dictis patet, quamvis virtutes morales ponantur in appetitu sensitivo et actus earum sint particu-

T. Ag.

lares et circa particularia, tamen ad hoc quod habeant rationem boni humani, ut scilicet habitus appetitus sensitivi virtutes humanae dicantur et actus in quos inclinant appetitum sint virtuosus, non ¹⁵⁹ sufficit apprehensio sensitiva a qua immediate et per se movetur appetitus; sed supponitur quod apprehensiva rationalis sit perfecta habitu cognitivo ¹⁶⁰ universalium ¹⁶¹ et particularium quae ad eliciendum convenientem ¹⁶² operationem secundum talem virtutem requiruntur et quod ¹⁶³ ipse appetitus sensitivus sic sit ¹⁶⁴ convenienter dispositus per habitum virtuosum quod ratione sic existente in actu rectae cognitionis tam universalium quam particularium ad quam quidem cognitionem intellectus quantum ad particularia concurrat apprehensio sensitiva ad quam quodam modo reflexus intellectus huiusmodi particularia apprehendit, ipse appetitus inclinatur oboedienter et absque repugnantia in operationes convenienter ¹⁶⁵ sic per rationem rectam indicatas ¹⁶⁶. Verum est ergo quod ad virtutem iustitiae quae est ad alterum, ut dictum est, requiritur apprehensio proportionis unius ad alterum; et hoc quidem est per se rationis, non autem [Cod. V, fol. 237 V^b] appetitus neque ¹⁶⁷ rationalis neque ¹⁶⁸ sensitivi; sed prout haec apprehensio debet esse principium alicuius operationis particularis qua alteri reddatur ¹⁶⁹ [Cod. P, fol. 355 R^a] quod suum est, oportet adesse cognitionem sensitivam particularem; et appetitui sensitivo in homine convenit quod, cum sit rationalis per participationem, [quod] in illud quod apprehensum est et ¹⁷⁰ indicatum ¹⁷¹ secundum rectam rationem continere ¹⁷² convenientem proportionem unius ad alterum, cum pertractatum est ¹⁷³ ad cognitionem particularem quae est principium operationis, in huiusmodi operationem particularem prompte et delectabiliter inclinatur. Et non pertinet ad appetitum quemcumque quod huiusmodi proportionem apprehendat ad hoc quod in illud in quo iudicata est huiusmodi proportio consistere ¹⁷⁴ inclinetur, sed quod ab eo a quo sic apprehenditur ¹⁷⁵ aliquo modo [Cod. R, fol. 240 V^b] natus sit moveri ad illud in quo talis proportio est iudicata. Prout enim tactum est supra, non magis debet appropriari ¹⁷⁶ uni virtuti morali quam alteri quod in operationibus quae sunt secundum unam virtutem, appetitus consequatur apprehensionem rationis; immo sicut non ponitur alius modus apprehensionis rationis secundum prudentiam in his quae pertinent ¹⁷⁷ ad unam virtutem et in his quae pertinent [Cod. Q, fol. 191 V^b] ad aliam quin respectu cuiuslibet virtutis ad eam pertineat cognitio universalium et particularium, ita etiam non ponitur alio modo fieri inclinatio appetitus in operationes virtutum moralium secundum unam virtutem quam secundum aliam, quin scilicet ¹⁷⁸ in omnibus vel secundum omnes inclinatur in aliquod opus particulare qualis inclinatio convenienter ad appetitum sensitivum potest pertinere.

Quod etiam dicitur ab aliquibus quod sicut iustitia est virtus quae est ad alterum ita opus iustitiae est ad alterum ¹⁷⁹; sed appetitus sensitivus non inclinatur ad alterum ¹⁸⁰, apparet esse falsum; quia etiam bruta per suos

appetitus ad alterum inclinatur ¹⁸⁸, prout brutum aliquid lactat foetum proprium et non alienum; et caetera. Sed [Cod. P, fol. 355 R^b] verum est quod, licet in bruto per aliquam aestimationem apprehendatur determinate illud ad quod determinate inclinatur et aliud ¹⁸² quod ab ipso repellitur, tamen huiusmodi inclinatio non est virtuosa; quia in bruto non est apprehensio huius ¹⁸³ ordinis et proportionis quae est unius ad alterum et ex huiusmodi apprehensione non inclinatur appetitus bruti ¹⁸⁴ sic in alterum ¹⁸⁵, cum non sit animal rationale; nec eius appetitus est natus moveri a ratione, quia nec est rationalis per participationem, sed quodam instinctu naturali taliter inclinatur ¹⁸⁶.

Ad aliud cum arguitur quod virtus generalis ex eo quod per eam homo unus ad bonum multitudinis vel multorum hominum ordinatur non differt realiter et secundum speciem ab illa per quam homo unus ad unum hominem ordinatur ¹⁸⁷, quia penes unum et multa non videtur ponenda differentia formalis et specifica; est dicendum ¹⁸⁸ quod si loquamur de bono singulari unius et de bono communi multitudinis sive multorum praecise secundum quod illud bonum ¹⁸⁹ unum secundum rationem eandem invenitur in uno vel ¹⁹⁰ in multis, sic non contingit ex hoc aliqua diversitas formalis et essentialis, sicut bonum temperantiae prout consideratur ut habet esse in aliqua una singulari persona et prout habet esse in pluribus. Sed si loquamur de bono singulari unius prout per hoc convenienter ordinatur aliquis ad se ipsum et prout convenienter ordinatur per illud ad alterum et ad multos sive ad totum aliquid alicuius communitatis, sic est ibi differentia secundum formam et essentiam [Cod. V, fol. 238 R^a].

Sic etiam dicendum est quod, licet penes unum et multos non sumatur diversitas secundum formam in bono ipsorum, scilicet unius et multorum, prout scilicet unusquisque multorum et bonum suum secundum se ut [Cod. K, fol. 81 R^b] singularis persona et prout bonum talium simul collectorum consideratur, tamen prout unusquisque illorum et bonum suum consideratur in ordine [Cod. R, fol. 241 R^a] ad quemlibet ¹⁹¹ alium [Cod. P, fol. 355 V^a] sic scilicet ut toti communitati bonum eveniat ex his quae agit aliquis, et non solum in ordine ad se ipsum et ut ex eo quod agit bonum sibi secundum se eveniat, sic invenitur differentia secundum formam inter unum et multos. Et hoc modo verum est quod dicitur quod bonum commune civitatis vel regni et bonum unius personae non differunt ¹⁹² solum secundum multum et paucum sed secundum formalem differentiam, prout **Philosophus** (11) dicit primo *Politico*rum ¹⁹³ quod non bene dicunt qui dicunt civitatem et domum et alia huiusmodi differre solum multitudine et paucitate, et non specie.

Ad aliud cum arguitur quod iustitia generalis non potest distinguui ab aliis virtutibus per hoc quod illas ad alium finem, scilicet ad obiectum suum sive finem ordinat et refert, quia quando hoc contingit quod actus unius

dicendum quod verum est quod ille actus secundum substantiam et materialiter non diversificatur, ut scilicet consideratur in ordine ad hos diversos fines. Verumtamen ut accipitur cum utroque dicto fine, dicendum quod ille acceptus cum uno fine et iterum acceptus cum alio fine, prout intelligitur quod totum quoddam, scilicet actus cum ipso fine, est aliquid unum in genere moris ratione ordinis unius ⁴⁴ sub quo utrumque ⁴⁵ horum compre — [Cod. R, fol. 239 V^a] henditur, sic realiter differt actus militis ut comprehenditur sub fine fortitudinis et ut comprehenditur ⁴⁶ sub fine iustitiae generalis ⁴⁷; et secundum hoc fortitudo et iustitia legalis habent actus formaliter differentes et sunt virtutes differentes.

Ad quartum cum arguitur quod non est alia virtus, ab aliis scilicet distincta, quia virtus quae non ponit in numerum cum illis non est distincta ab eis; sed iustitia legalis non ponit in numerum cum aliis virtutibus, quia dicit **Philosophus** (1) ⁴⁰ quinto *Ethicorum* quod iustitia legalis non est pars virtutis, sed est tota virtus ⁵⁰; item ibidem (2) dicit quod haec iustitia simul ⁵¹ est omnis virtus; ergo; et cetera; dicendum quod iustitia secundum quod consideratur ut est quaedam virtus una secundum formam et speciem et ut sic ⁵³ etiam considerantur aliae virtutes, sic ponit in numerum cum aliis virtutibus et non est tota, id est ⁵⁴ quaelibet virtus secundum essentiam, sed est pars virtutis, haec ⁵⁵ est quaedam specialis virtus contenta sub uno quodam toto universali quod dicitur virtus moralis ⁵⁶, quia ut sic consideratus habet et materiam et actum et finem sibi propria et a materia et ⁵⁷ actu ac ⁵⁸ fine aliarum virtutum formaliter in genere moris distincta. Consideran- [Cod. P, fol. 253 R^a] do autem ipsam ut ratione ⁵⁹ sui finis ⁶⁰ generalis virtualiter fines aliarum virtutum comprehendens ratione cuius est sic generalis quod ⁶¹ potest [Cod. Q, fol. 190 V^b] actus omnium aliarum ⁶² virtutum exercere et referre ad hunc finem et actibus aliarum virtutum uti [Cod. V, fol. 236 V^b] pro materia; sic est dicendum quod in quantum iustitia legalis includit hunc suum finem quasi formam et alias virtutes et actus earum tanquam suam materiam, sic non est pars virtutis sive virtus aliqua specialis finem aliquem specialem et actus circa materiam determinatam importans, sed est tota ⁶³ vel omnis virtus modo praedicto ⁶⁴, omnes ⁶⁵ virtutes speciales et materias earum virtute sui finis communis qua omnes ⁶⁶ quodam modo informat comprehendens.

Ad quantum cum arguitur quod non potest esse generalis ratione finis vel obiecti communis, quia est in appetitu sensitivo; sed ille non se extendit ad bonum generale vel commune, sed solum ad bonum aliquod particulare; dicendum est ⁶⁷ quod generale vel commune potest accipi pro toto. Multiplex ⁶⁸ autem est totum, scilicet universale, integrale, potentiale, et cetera. Bonum ergo commune quod per iustitiam legalem intenditur non est unus homo singularis, sed est ipsa tota communitas sive bonum totius communitatis sive omnium in communitate contentorum secundum quod sunt aliquid communi-

tatis et ad ipsam pertinent; et sic est aliquid commune quod tamen singulare quoddam ⁸⁰ in quantum est quoddam totum integrale multos homines alicuius communitatis in illa continens congregatos. Cum ergo arguitur quod iustitia non potest respicere bonum commune si est in ⁷⁰ appetitu sensitivo, posset dici quod ⁷¹ hoc intelligitur de communi quod est totum universale non de alio communi.

Ad huiusmodi tamen plenior⁷² evidentiam est intelligendum quod virtutes omnes ⁷³ morales sunt in appetitu sensitivo qui per se et directe non est appetitus nisi quorundam bonorum particularium et tamen virtutum illarum obiectum ⁷⁴ [Cod. P, fol. 353 R^b] per se non est aliquid bonum particulare sed aliquid ⁷⁵ bonum universale sive generale ⁷⁷ per praedicationem sive sit vere univocum sive analogum. Cum enim finis in agibilibus sit sicut principium in speculabilibus, quia a fine sumitur principium universale totius processus syllogistici intellectus practici circa [Cod. R, fol. 239 V^b] omnia quae ad finem ⁷⁸ illum sunt ordinabilia et per quae potest huiusmodi finis attingi; ergo oportet ponere quod hic finis non est aliquid bonum particulare. Hoc etiam patet ex hoc quod prudentia est habitus intellectivus cognoscitivus circa morales virtutes ⁷⁰ [Cod. K, fol. 80 V^a] eorum ad quae inclinatur appetitus secundum habitum virtutis moralis. Constat autem quod prudentia principaliter est ⁸⁰ in intellectu; et ad prudentiam, in quantum est virtus intellectualis, principaliter ⁸¹ pertinet cognitio universalium, sed in quantum est ⁸² directiva in actibus particularibus ad quos ⁸⁸ universalia applicantur, pertinet ad ipsam cognitionem particularium. Cum enim finis virtutum moralium sit bonum ⁸⁴ humanum quod est secundum rationem esse ⁸⁵ secundum **Dyonisium** (3) quarto ⁸⁶ *De Divinis Nominibus* oportet quod finis moralium virtutum ⁸⁷ praexistat in ratione a quo, ut dictum est ⁸⁸, sumitur principium universale.

Nec obstat quod dicitur sexto *Ethicorum* (4) quod « virtus moralis existens in appetitu sensitivo facit intentionem finis rectam »; quia per hoc non intelligitur quod virtutes quae sunt ⁸⁹ in appetitu sensitivo praestituant ipsum ⁹⁰ sed quia ex bona dispositione appetitus quae fit ⁹¹ per habitum consequitur homo ⁹² conformitatem ad illa quae sibi conveniunt secundum rectam rationem. Et ex hoc contingit quod cum offeruntur talia intellectui apparent ut ⁹³ bona et homini secundum rationem convenientia, prout dicit **Philosophus** tertio *Ethicorum* (5) « quod qualis est unusquisque, talis finis videtur ei ». **Habitus** ergo virtuosus [Cod. P, fol. 353 V^a] non facit quod appetitus [Cod. V, fol. 237 R^a] inclinetur in aliquid sub ratione communi vel universali ⁹⁴. Facit tamen aliquo modo ut aliquid apprehendatur sub ratione boni in universali. Deinde conclusio per syllogismum practicum de aliquo operabili particulari per quod [Cod. Q, fol. 191 R^a] huiusmodi finis attingitur ad habitum in appetitu existentem ⁹⁵ pertinet quod ⁹⁶ appetitus ille convenienter dispositus

practical
judgment
According
to the dis-
position of
the sense
appetite

